

The Linnaean Correspondence

[Documentation](#)

L0380

Letters

Johan Frederik Gronovius [+] to Carl Linnaeus [±]

↳ [Search for letters](#)

↳ [Search in texts](#)

Leiden, Netherlands, 22 April 1740
n.s.

[[Display apparatus in new window](#)]

[Manuscripts](#)

[Editions](#)

Viro Doctissimo Carolo Linnaeo S[alutem] P[lurimam] Joan[nes] Fr[edericus] Gronovius

[Links](#)

[Contact](#)

Haec Te certiore facit, Doctissime Linnaee, quod Dominis van de Velde[±][±] tradiderim fasciculum, qui continet Specimina Plantarum noviter ex Virginia missarum; inter quae curiosissima quaedam reperies. Quamprimum mihi innotuit nomen navis & Capitanei, per tabellarium tibi indicabo. Spero quod me dignaberis observationibus tuis super ea. Ultimae literae meae inscriptae fuere 12 Februarij. Offero quoque Semina Virginica. Appulit Londini iterum navis ex Virginia ut hodie ex novellis cognosco.

Utinam nunc fidem solveres et promissos lapides a[nno] 1738 5^o Februarij mittere, item Catalogum animalium Sueciae tunc temporis promissum.[1] Hortum quoque Angermannicum [*sic*] promisisti Aprili praecedentis anni, itemque Browallij[±] Examen.[2]

Offero quoque duo exemplaria Florae Virginicae, quae cum Amicis communicare poteris. D[octo]r Dillenius[±] in animo habet Historiam Muscorum publici juris facere, modo subscriptionis.[3] Congelatae aquae prohibent quod nondum conditiones acceperim, quas tamen ilico ad Te mittam. Collinsonus[±] te salutatur ac scire desiderat num Literas Ejus acceperis. Iam tres menses aufugerunt quibus nihil agere potui ob immensum frigus. De Lawsono nihil novi. Liberkuhn[±] adhuc in Anglia haeret.[4] Douglas[±] occupatur descriptione Rhinocerotis qui vivus est Londini, cujus iconem ad me misit.[5] Maximopere me devinceret [*sic*], si mihi sequentium Animalium loca ubi describuntur, vel eorum Icones indicare non dedigneris.

Inter Quadrupedes sunt Wickhead, Ross s[eu] Morsus, Squillachi, Mus brachiurus, Axis, Ovis Africana.

Inter Aves Cyanopus, Piscator, Ficedula.

Inter Amphibia Testudo tessulata, Rana arborea, Rana Carolina, Allegator, Seps, Vipera, Caecilia, Aspis, Anguis Aesculapii, Hydrus.

Inter Pisces Catulus, Galeus, Huso, Capriscus, Passer, Alburnus.

Inter Insecta Mordella, Scarabaeus Elasticus, Canthurus foetidus, Oestrum veterum, Oestrum Lapponum. Pediculus avium, piscium, pulsatorius, Ricinus, Scorpio-Araneus, Pediculus Scarabaei, Pediculus Scab..., [?] Araneus coccineus, Scolopendria terrestris.

Inter Vermes Stella Marina, Stella Oligantis, Urtica vermiformis, Urtica crinita, Lyra Cassida, Strombus, Fistula, Terebellum, Orthoceros [sic], Lituus, Porcellana, Entalis, Perna, Ostrea, Mitella.

Praecedentia vix conscripseram, quin rebus domesticis id efflagitantibus Amstelodamum petere fuerim coactus, ubi et Horti Angermannici [sic] duo exemplaria accepi, quorum alterum D[omin]o Van Royen[+] tradidi, qui mecum Tibi plurimas refert grates. Domum redux sat largae ex Virginia offendo cistulam speciminibus & seminibus novis (heu quam elegantibus) refertam, quorum omnium dimidiam partem ad Te mittam, ea conditione ut observationes tuas mecum communices. Miraberis omnia quae hac ipsa hebdomade Amstelodamum mittam.

Iam in horto ex seminibus ante quinque annos satis, tam Virginicis quam Pensilvanicis, plurimae oriuntur plantae. Licet hyems fuerit saevissima, nullam tamen amisi plantam praeter Eryngium foliis gladiolatis.

Qualis est ista terra quae glires ad fugam compellere dicitur, Happel.[+] relat[ionibus] curios[is], part. 4, p. 84 apud Brukmanum[+] Epist. 6.[6]

Salutant Te Dom[inus] van Swieten[+] et van Royen. Entius[+] adhuc hic haeret.[7] In horto publico miserrima plantarum strages. Cliffort[+] non emit Corallia Boerhavij[+] sed Roellius[+].[8] Nunc spero me breviter literas tuas visurum et manuscripta.

Vale, Saluta dulcissimam uxorem nomine uxoris meae & filiolae.

Lugd[uni] Bat[avorum], 22 April[is] 1740.

[address] To D[octo]r Carolus Linnaeus / at / Stockholm

SUMMARY

The last letter Johan Frederik Gronovius has sent to Linnaeus dates from 12 February. In the present letter, he informs his friend that he has sent him a box containing new specimens of plants from Virginia as well as some seeds. He kindly asks Linnaeus to provide him with his botanical observations.

Furthermore, he urges Linnaeus to keep his promise and send the minerals he announced to send in his letter of 5 February 1738, as well as the catalogue of Swedish animals, Eberhard Ferber's *Hortus*

Agerumensis, and Johan Browallius's *Examen epicriseos in systema plantarum sexuale Linnaei*.

Gronovius offers Linnaeus two copies of his *Flora Virginica*. Johann Jacob Dillenius intends to offer his *Historia muscorum* for sale, be it by means of subscription. Peter Collinson sends Linnaeus his greetings and wants to know whether the latter has received his letter. The sharp frost has prevented Gronovius to do any serious work for three months already. He has no news about Isaac Lawson. Johann Natanael Lieberkühn is still staying in London. James Douglas is busy describing the rhinoceros that is living in London; he sent Gronovius a picture of the animal.

Next, Gronovius inserts a list of animal names and asks Linnaeus to tell him where they have been described or depicted.

Shortly after having written the preceding lines, Gronovius was forced to pay a visit to Amsterdam for private reasons. There he bought two copies of the *Hortus Agerumensis*. When having returned home, he found a box filled with new specimens of plants and seeds from Virginia. He will send Linnaeus half of them on the explicit condition that he will send him his botanical observations.

Many of the Virginian and Pennsylvanian plants which Gronovius sowed five years ago are germinating. Despite the severe winter, he has lost not a single plant, with the exception of an *eryngium foliis gladiolatis*.

Gronovius wants to know what kind of soil it is that routs rodents (*glires*).

Gerhard van Swieten and Adriaan van Royen send Linnaeus their regards. Abram Ens is still staying in the Netherlands. Many plants of the public garden of Leiden have been killed by the frost. The corals from Herman Boerhaave's natural collections have been bought by Wilhelm Röell and not by George Clifford.

MANUSCRIPTS

a. original holograph (LS, V, 450-451). -

EXPLANATORY NOTES

1. A reference to Linnaeus's A reference to Linnaeus's *Animalia per Sveciam observata*[±] first published in the *Acta literaria Sueciae*, vol. 4 (Uppsala 1736 [imo 1742]), 97-138, Linnaeus promised to send Gronovius a copy of this work earlier in 1737.

See Gronovius's letter to Linnaeus of 17 March 1739 n.s.[+]. In his letters of 12 July 1739 n.s.[+] and 10 February 1740 n.s.[+], Gronovius already reminded his friend of his promise.

2. A reference to Ferber *Hortus Agerumensis*[+] and Browallius, *Examen epicriseos in systema plantarum sexuale Cl. Linnaei*[+]. See Gronovius's letters of 12 July 1739 n.s.[+] and 10 February 1740 n.s.[+].
3. A reference to Dillenius, *Historia muscorum*[+].
4. Johann Natanael Lieberkühn would settle in Berlin later in 1740. See Gronovius's letter to Linnaeus of 14 October 1740 n.s.[+]. See also Davis, "Lieberkühn"[+], 327.
5. On James Douglas and his preoccupations with the Indian Rhinoceros that was kept alive at London, see Gronovius's letter of 7 December 1739 n.s.[+].
6. A reference to Happel, *Grösste Denkwürdigkeiten*[+], a voluminous work which appeared in five volumes at Hamburg between 1681 and 1691. It was quoted by Brückmann in his *Epistolae*[+].
7. Abram Ens would not leave for Russia until [?]. In October 1740 he was still in Leiden. See Gronovius's letter to Linnaeus of 14 October 1740 n.s.[+].
8. See Gronovius's letter to Linnaeus of 10 February 1740 n.s.[+].

The Linnaean Correspondence

[Documentation](#)

L0384

Letters

Johan Frederik Gronovius [±] to Carl Linnaeus [±]

↳ [Search for letters](#)

↳ [Search in texts](#)

Leiden, Netherlands, 13 May 1740
n.s.

[\[Display apparatus in new window\]](#)

[Manuscripts](#)

Charissime Linnaee

[Editions](#)

Epistola sine capite, medio vel fine. tamen <non> sine summo in Te amore et officiorum oblatione scripta.

[Links](#)

[Contact](#)

Tithymali species missa sub num. 555 Pluknetio[±] dicitur Tithymalus botryoidis madraspatensis hypcaci [?] foliis non crenatis, floribus ex alis uno versu provenientius. Plukn. Alm. 373, tab. 43, f. 7.

Cyperi species n. 562 est gramen junceum elatius caule articulado cype paniculis inter folia prope summitatem prodeuntibus. Plukn. Alm. 179. Polygala num. 563 est Polygala marina quadrifolia minor, spica parva albicante. Plukn. tab. 438, f. 1.

Astragalus n. 565. Est Varietas b Astragali 3 Hort. Cliff.

Ulmus fructu cupulino n. 566: ramis diffusioribus videtur variare ab Carpino squamis strobilorum inflatis Hort. Cliff. folia quoque in specimine Virginico sunt oblato-oblonga, quae in secunda specie Cliffortij sunt perfecte ovata. Si margines observas, in utraque specie offendes folia duplicato-serrata. Fructus quoque in utroque in conum referens ramulos terminat. Est autem haec species vera Ulmus Virginiana fructu cupulino D[omini] Banister[±].

Atriplex num. 571 est Atriplex caule fruticoso, foliis deltoideis integris h. Cliff.

Amaranthus n. 569 est Amaranthus racemis cylindraceis erectis alis spinosis H. Cliff.

Celosia maritima coma alba lucida num. 576 est Amaranthus panicula flavicante gracili holoserica Sloan.[±] et Amaranthus nodosus pallescentibus bliti foliis parvis Americanus multiplici speciosa spica laxa, seu panicula sparsa candicante. Plukn.

Curiosa quaedam mihi promisit Medicus ille, qui sumptibus regiis Parisiam et alias Academias visitavit, ut Lithotomiae & calculi penetralia cognosceret. Quaeso alloquaris eum ut fidem solvat. Dederam ipsi Flores Sassafras et ceram Virginicam.[1]

Ecce haec scribenti ad manus veniunt subscriptiones Dillenij[±] pro

Historia Muscorum, quarum exemplar una cum curiosissimis novis seminibus ad Te mitto per Dom[inum] van de Velde[+] Amstelodamensem, cui jussi ut hunc fasciculum et priorem in cistula includat lignea, ut prima ad Te mittantur navi.

Nomina plantarum quae supra recenseo, pertinent ad plantas suis respondentes numeris. Caeterum nihil novi nisi quod singula die hic illic oriantur novae plantae Americanae quarum semina[a] ante aliquot annos terrae commisi, inter quas sunt et quaedam umbelliferae.

Nunc aveo videre literas tuas et chartas. Quaeso excuses quod hanc tan ruditer scripserim.

Vale cum uxore et familia, ac fave Tuo

Joh[anni] Fred[erico] Gronovio.

Lugd[uni] Bat[avorum], 13 Maji 1740.

Ex adjuncta hac Dom[ini] Joh[annis] Gesneri[+] Amici summi et doctissimi qui Scheuchzero[+] in professoratu Matheseos et Medicinae successit, videbis, quid de Te sentiant Helveti, proin quaeso ut illum responsione vestra mature digneris. Bibliopola Verbeeck[+] rediit ex nundinis Lipsiensibus, narravitque quod ibi imprimant Systema tuum naturae in Octavo, additis nominibus Germanicis[b].[2]

In Cliffortij[+] horto Res bene se habent. Apud Haganaeum[+] omnia perierunt. In Horto publico maxima Europaeorum plantarum pars frigore consumpta.

Vides satis clare ex incomptis hisce litteris quod Tui memoria ad ingressum Musei semper renovetur. Hinc aliam methodum excogitavi; quamprimum enim literas ad Te miserim, aliam philynam in pulcro meo repono, in qua si quid forte in mentem venit, ilico annoto ea quae Te digna scitu censeo. Gratulor enim mihi quod in Te amicum habeam qui tam caute et solide ac tam tempestive ad literas meas respondere soles, quod quaeso et in posterum observes, certiore Te reddens me idem praestitutum. Summoque iterum cum gaudio Literas Tuas 27 Aprilis inscriptas accepi. Ad has ut respondeam, in antecessum Te monitum volo, quod cognatus meus habitans in ripa quae ducit ad portum Harlemensem, sit affinis Dominorum van de Velde et cum iis praecedenti Mercurij die Amstelodamum petierit, cumque ex iis intellexerim, quod navis Stockholmiam petitura adhuc per mensem Amstelodami morari debeat, monui eos, ut varias cistulas fasciculosque quos a mense septembri ad eos pro Te miserim, in unum colligerent; quod sancte promiserunt, et proin se eundem cum eadem navi Juffrow Eleonora[c] et Capitaneo Jacobo Walmond[+] [d] missuros. Gratias ago pro iis quae prima navi ad me mittes. Maxime autem desidero videre Browallij[+] examen.[3] De Dillenij Historia Muscorum opus est ut cures.[4] Exemplar Tibi comparabo. Inscribitur ejus Liber Historia

Muscorum XX generibus[e] absoluta in qua species ad genera, varietates ad suas referantur species, et genera methodo naturali a simplicioribus ad perfectiora progrediendo, disponuntur, ipsae etiam species methodo quadam disposita sunt. Accedunt multae noviter detectae species, et ad finem plantae quaedam aquaticae rariores sc [ilicet] Pilularia, Calamaria & Subularia. In quarto majore cum 80 Tabulis eadem forma. Totum opus comprehendet 464 paginas. Totum opus constabit Guinea Anglica. Figuras Micheli[+] magis artificiosas e speciosas quam naturales pronunciat, quodque characteres muscorum a atomos usque investigare conatus fuerit. Caetera videbis in conditionibus. Quam primum Rhinocerotis descripta sit, Historia ad Te mittetur.[5] Rhinoceroti in Anglia nunc demum cornu excrescit[f]. Immense me Tibi devicisti [sic] quod Loca animalium indigitaveris.[6]

Generum exemplar videre aveo, curaturus ut accurate prodeat, chartaque meliori et literis ut imprimatur, curabo; neque ut genera frangantur[g], permittam.[7]

De Catalogo meo Lapidum nihil hactenus prodiit: immensum frigus accessum ad Musaeum meum negavit. Non tamen dubito quin intra 3 menses opus foret perfectum.

Congratulor Tibi comparatum museum Lapidum. Investigabo ubique an Tertium Volumen Raji[+] comparari possit.[8] Doleo mortem Pincierii[+], an fuit uxoratus vel reliquit familiam.[9] Inquiram quoque in Bibliopolam qui Systema naturae reprimere vellet.[10] Hoc tamen novi quod abhorreat formam istam majorem, si in Octavo (forma qua omnes Libri a Te Editi) posset edi, forte melius arrideret.

Restat unicum quod a Te desidero, et quod hoc observabis sum certo certius persuasus. Experiri quippe abundanter poteris, postquam cistulam acceperis, me Tibi offerre res curiosissimas, easque sat plures. proin ut impossibile sit ad eas omnes unica epistola respondere. Hinc velim hoc per partes agas, quod Tibi facilius & mihi jucundius erit.

Quomodo valet Uxor Tua, an uterum gerit, an vero Te Patrem reddidit? (8) Saluta eam mei, uxoris & filiae nomine. Bibliotheca Seguerij[+] nondum est impressum.[11]

Vale

Lugd[uni] Bat[avorum], 1740, 21 Maji.

P[ost] S[criptum]. Haec scripsi tempore matutino dato in praecedenti linea die. Hora duodecima Wishovium[+] ad me vocavi, ut cum ipso colloquerer de meliore charta et characteribus Literarum. Verum is chartam qua prior editio prodiit multis ambagibus, ut nebulones illi bibliopolae solent, praeferebat vehementer, uti et Literarum characteres, quod Te monere volui. Itaque si forte nunc m[anuscripta] tua tradita sint navi, non cum iis quicquam agam, nisi prius sententiam tuam perceperim,

libenterque vellem ut eligeres aliquem librum juxta cujus characteres
Literarum et qualitatem chartae Librum Tuum velles imprimi.

Vale tertio.

Quaeso des mihi nomen specificum Aurelianae Ladiadensis/Canadensi
[?] Sinensibus Gin-seng, cujus Iconem dat Breynius[+] in ultima
editione prodromi 1 et 2, pag. 52.[12] Ex Pensilvania accepi specimen
quod in omnibus convenit, excepto quod 4 habeat pedunculos ex eoder
loco, quo petioli foliorum emergunt, natos. Folia quoque in meo
specimine parum differunt[h]. Petiolus enim angustiori folii parti
inseritur ut hinc superius sint longe latiora; acumine optime convenit,
sed serraturae ab utroque acuminis latere incipientes ad mediam[i] folii
partem evanescent[j], ut folia sint obversa ovata, acuminata, vix ultra
medium serrata.

Si scripserim quod Martin[+] Americam sit petiturus erravi in homine,
non in nomine, quippe est Scotus hoc nomine qui praxis exercendae
gratia Americam petit.[13]

Egregias praescripsisti leges juxta quas physiologus subjectum
describere queat.[14] Restat adhuc ut simili modo conscribatur Tabula,
docens quomodo rudis et omnis historiae naturalis ignarus queat
colligere et praeservare res curiosas. Lawsonus[+] noster meditatus fuit
tales regulas, quas Anglice imprimi curavit.[15] Harum tenor sequens
est.

“In qua parte Orbis sis desidero a Te

1. Unum, alterum vel tertium Specimen diversae Terrae, brunae sc
[ilicet] flavae, nigrae, obscurae, viridis, flavae: ut et glareae, argillae,
Boli, Ochrae, Calcis, rubricae, Torae tripolitanae, micae, talci, asbesti,
Pumicis, Incrustationis, Quartzi, Spati, Marmoris, alabastri, schisti,
Lapidum, arenae, silicis, agati, crystalli, jaspidis, onyxidis, Lazuli[k],
Topazij, hyacinthi, granati, Chrysolithi, Turchesiae, Amethysti,
Sapphiri, Chalcedarij, Berylli, cum Crusto Matricis in qua inveniuntur.

Item Carbonis fossilis, gagatis, naphthae [sic], bituminis, asphalthis, -
[?], anapigmis [?], arsenici, Sulphuris, Salis ammoniaci, gemmae,
aluminis, vitrioli, natri, boracis, cum - [?].

Varia mineralia Molybdaenae, magnetis, Lap[idis] calaminaris, minera
- [?], cupri, plumbi, stanni, ferri, Mercurij, Bismuthi, antimonij, zinci;
notanda regio et locus in ea; an in superficie reperiantur, in qua
profunditate, in quibus stratis, et in qua directione vergant respectu
pyxidiculae (compas)[l]; nova quoque desiderantur nomina, usus[m]
quem indigenae inde capiunt, pretium, modus laborandi, et alias
circumstantias, quae condiscent ad perfectam mineralium cognitionem

In quibusdam horum reperiuntur figurae quadrupedum, avium, piscium

insectorum et vegetabilium.

2. Corallia varia, alba, rubra, nigra, grisea, etc[etera], plantae marinae, muli [?], fungi, spungi, et quicquid adhaeret funiculo anchoram nectent navi.

Specimina plantarum, arborum, fruticum, cum floribus, exsiccata inter chartas.

Separatas Vegetabilium partes, sc[ilicet] radices, cortices, Ligni, semer fructus, baccae, nuces, coni, vascula seminalia, gummata [?], resinae, succi, olea, balsama; addantur eorum nomina, locus, aer, figura, magnitudo, proportio, color, consistentia, odor, sapor, duratio. usus in physicis, dieta, mechanica.

Pulposae vegetabilium partes, ut baccae, cerasi, cucumeres [?] &c. & folia succulenta optime praeservantur in liquore spirituosso, vel muria, qui liquor bis vel ter removetur; radices bulbosae vel tuberosae in arena sicca.

3. Animalia quadrupedia, aves, serpentes, viperae, lacerti, ranae, bufo, pisces, insectae, reptilia. Item crustacea, ut cancer, pagurus, Astacus. item musculi, ostrea, cochleae; Turbines et variae cochlearum & concharum species, quarum color, magnitudo & structura notentur.

Partes animalium. Dentes, cornua, ossa, pili, cutis, pedes, ungulae, pinguedo, rostra, penna, ova, nidi, calculus bilis, vesicae, palati, capiti et stomachi. Horum notentur locus, nomen, pabulum, magnitudo, proportio, vires, sagacitas, color, tempus coitus, modus venandi, piscandi et capiendi: usus in diaeta, medicina.

In quadrupedibus observentur dentes, cornua, partes genitales, pedis forma, maxillarum situs. In avibus notentur rostra, pedes, crista, plumae, ova. in piscibus squamae, branchiae, dentes, pinnae, genitalia.

Carnosa animalia, praecipue reptilia optime servantur in spiritu Vini, frumenti vel sacchari, item in muria; vascula modo probe claudantur. Horum quaedam in aere exsiccari queunt, vel oleo terebinthinae obdurantur. Majora vero debent excuterari et cannabe [?] pice oblinita repleri, dein in cista condi pulvere tabaci repleta, ne vermes noxam inferant.

Is[aac] Lawson”.

[address] Mons[ieu]r / Mons[ieu]r Charles Linnaeus Docteur / en Medecine etc[etera] / a Stockholm

SUMMARY

This is a letter without a proper opening, corpus or end.

Johan Frederik Gronovius gives some information regarding the identification of plants he has sent to Linnaeus.

Gronovius was promised some curious material by the physician who visited Paris and some other academies in order to study lithotomy and (kidney [?]) stones. [?]

Gronovius has finally received the subscription for Johann Jacob Dillenius's *Historia muscorum* and will send Linnaeus a copy of it through the Amsterdam merchant van de Velde together with some curious seeds.

No further news. Every day some new American plants which Gronovius has sown several years ago are germinating.

Gronovius includes a letter sent by Johannes Gesner who has succeeded Johann Scheuchzer as professor of mathematics and medicine from which Linnaeus will be able to deduce how much he is esteemed among the Swiss. The bookseller Verbeeck has returned from the Leipzig bookfair and informed Gronovius that Linnaeus's *Systema naturae* is in the press there. It will be published in octavo and will also contain a list of names of minerals, plants and animals in German.

The plants are doing well in George Clifford's garden. In Haganaeus's garden everything has been destroyed. In the public garden of Leiden, the larger part of the European plants has been consumed by the frost.

Gronovius explains the new method he follows when composing his letters to Linnaeus. As soon as he has sent him a letter, he takes a new sheet and starts making notes on it whenever something occurs to his mind that may be of interest to Linnaeus. He thanks Linnaeus for being so careful and punctual in answering his letters.

Gronovius has received Linnaeus's letter of 27 April and has read it with great pleasure. After having explained how he will send his own load which will consist of several boxes and fascicles, he proceeds with answering the different points raised by Linnaeus in his letter.

Gronovius thanks Linnaeus for the things he promised to send on the next ship, but insists that he would like to receive above all Johan Browallius's *Examen epicriseos in systema plantarum sexuale Linnaei*. Gronovius will try to purchase a copy of Johann Jacob Dillenius's *Historia muscorum* for Linnaeus. He gives a detailed description of the book as well as of its title page. Gronovius will send him in due time a copy of the description of the London rhinoceros made by Douglas.

Gronovius is grateful to Linnaeus for having indicated where a description or picture of the animals listed in his previous letter are to be found.

Gronovius is eagerly looking forward to receiving Linnaeus's *Genera plantarum*. He will see to it that the book will be printed accurately and that the printers will use better paper and typeface than were used for the first edition. Furthermore, he will not allow them to divide the description of one and the same genus into two parts and print it on different pages instead of one.

No single part of Gronovius's catalogue of minerals has been printed thus far. The sharp frost has prevented him from doing any work in his museum. However, he hopes the work will be finished in three months time.

Gronovius congratulates Linnaeus on the mineral museum he has bought. He will try to find out whether the third volume of John Ray's *Historia plantarum* can be purchased. Gronovius regrets the death of his relative Pincier. He will contact the bookseller who was interested in having Linnaeus's *Systema naturae* reissued. Gronovius knows for sure, however, that he dislikes the huge format of the first edition and would perhaps be more inclined to print it, if it were to be published in octavo.

Gronovius wants Linnaeus to know that the box he has sent contains so many curious things that Linnaeus will not be able to analyse all the material at once. Therefore, he asks him to send him his botanical observations in several parts.

To conclude with, Gronovius asks how Linnaeus's wife is doing, whether she is pregnant or has already delivered a baby. Jean François Séguier's *Bibliotheca botanica* has not yet been printed.

[Postscript] A short while ago, Gronovius had a word with the printer Conrad Wishoff. The latter insists on using the same paper and typeface that have been used for the first edition of the *Genera plantarum*. Therefore, Gronovius will not proceed until Linnaeus has expressed his opinion about the matter and sent him a book that contains the kind of paper and typeface he would like to be used for the second edition.

Gronovius asks Linnaeus to provide him with the specific name of the *aureliana Canadensis* [?] depicted in Jacob Breyne's *Prodromus*, a specimen of which Gronovius received from Pennsylvania.

Gronovius corrects the information he gave Linnaeus regarding the mister Martin who left for America to start a practice as a physician.

Gronovius suggests Linnaeus to draw up a short table explaining laymen in the field of natural history how to collect and preserve natural curiosities. Isaac Lawson has made up such a list of rules which he has

MANUSCRIPTS

a. original holograph (LS, V, 452-453). -

TEXTUAL NOTES

- a. <imp> [quarum semina ex quae *corr. et supra lineam add. Gronovius*]
- b. <imp> [Ex adjuncta hac - nominibus Germanicis *additur in margine f. 452a*]
- c. <imp> [Juffrow Eleonora *supra lineam add. Gronovius*]
- d. <imp> [Jacobo Walmond *post missuros add. Gronovius*]
- e. <imp> [generibus ex verbo illegibili *corr. Gronovius*]
- f. <imp> [Rhinoceroti - excrescit *in margine add. Gronovius*]
- g. <imp> [frangantur ex frangatur *corr. Gronovius*]
- h. <imp> [variant *ante differunt del. Gronovius*]
- i. <imp> [mediam ex medii *corr. Gronovius*]
- j. <imp> [obvanescunt *ante evanescunt del. Gronovius*]
- k. <imp> [lazuli ex lazyli *corr. Gronovius*]
- l. <imp> [(compas) *add. supra lineam*]
- m. <imp> [apud - ?? *post usum del. Gronovius*]

EXPLANATORY NOTES

- 1. Medicus ille qui Parisiam visitavit [?]
- 2. This is probably a reference to the third edition of *Systema naturae*[+], which was published at Halle in 1740. It was basically a reprint of the first edition of 1735, accompanied by a German translation in parallel columns. See Soulsby, *Catalogue of the works of Linnaeus in the British Museum*[+], no. 47.
- 3. A reference to *Examen epicriseos in systema plantarum sexuale Cl. Linnaei*[+], which Linnaeus had promised to send. See Gronovius's letters of 12 July 1739 n.s.[+], 10 February 1740 n.s.[+] and 22 April 1740 n.s.[+].
- 4. A reference to Dillenius, *Historia muscorum*[+]. Gronovius gives a detailed description of the work in his letter (see text 3).
- 5. On James Douglas and the description of the Indian rhinoceros that was kept alive at London, see also Gronovius's letters of 7

December 1739 n.s.[+] and 22 April 1740 n.s.[+]. It can be inferred from these letters that Linnaeus probably derived all his information about the London rhinoceros and Douglas's description thereof from Gronovius. This fact is overlooked by Rookmaker, "The sources".[+]

6. See Gronovius's letter to Linnaeus of 22 April 1740 n.s.[+].
7. The new augmented and revised edition of *Systema naturae*[+] would be published by Conrad and Georg Jacob Wishoff at Leiden in 1742. See Soulsby, *Catalogue of the works of Linnaeus in the British Museum*[+], no. 297.
8. A reference to Ray, *Historia plantarum*[+].
9. Theodoor Haak[+] who purchased all the remaining copies of the first edition of *Systema naturae*[+] in March 1739. See Gronovius's letter to Linnaeus of 17 March 1739 n.s.[+]. On Gronovius's efforts to persuade the bookseller into publishing a new edition of *Systema naturae*, see also his letter to Linnaeus of 31 August 1740 n.s.[+].
10. Sara Lisa Moraea[+] delivered her first child, Carolus junior, on 20 January 1741. See Fries, *Linné. Lefnadsteckning*[+], 1, 262; Blunt, *The compleat naturalist*[+], 135.
11. A reference to Séguier, *Bibliotheca botanica*[+], which was issued at The Hague later in 1740.
12. Probably a reference Breyne, *Prodromi fasciculi rariorum plantarum*[+]. The work was bound together with J[ohann] P[hilip] Breyne's *Dissertatio de radice Ginsem*.
13. The Scottish physician Martin who travelled to America is not mentioned by Stearns, *Science*[+].
14. A reference to Linnaeus's *Fundamenta botanica*[+] and his *Critica botanica*[+].
15. We have been unable to trace a copy of Lawson's rules which according to Gronovius were printed in English. The work is not mentioned in Robinson, *Eighteenth-Century*[+] or in Pritzel, *Thesaurus*[+]. Nor is it mentioned in the biographical article by Boulger, "Lawson, Isaac"[+].